

Fig. X



surgsum emitens, juxta ductum impressi sibi motū, objectū **M L** erecto situ apprehendit. Per tubum autem suprā memoratum (*Vid. Fig. X.*) allapsa species *a, b, c* ex objecto **A B C**, quia post primam lentem **D E** in puncto **H** evertitur, & hæc everfa post alteram lentem **F G** denuò invertitur, vi superioris **V I I I Phæn.** in oculi fundo non minus quam ad

**A** *Fig. XV* albæ tabulæ planitiē in camera obscura, creata pingitur; & sic facultas sentiens ē puncto *a* juxta lineam motū proximam suo judicio excurrens, objecti partem **A** loco inferiore, similiterque ob rationem eandem, partem **C**, superiore loco &c. apprehendit.



### TENTAMEN III.

*Quod præcipua Baroscopii, seu Tubi Torricelliani Phenomena spectanda dedit. Scilicet I.*

**C** Ommonestratum est, quā ratione tubulus 4 aut 5. circiter pedum, uno extremitate hermetice clausus, argento vivo per aper- tum orificium repletus, cautè postmodum, obturato prius orificio, inversus, & vasculo cuiusdam, mercurii pariter ad 3. 4. &c. digitorum altitudinem pleno immersus, recluso iterum intra mercurium stagnantem orificio, mercurium suum usque ad certam altitudinem, (nempè hīc loci, uti paulo post tubulus **D** alias in digitos divisus ostendit, 27½. dig.) delabi patiatur, ibique post aliquot librationes suspensum teneat, non obstante immersi orificii aperturā. (*Vid. Fig. XV.*)

II. Ob-